

Apollinaris. Iste fuit tempore Bonifacii pape, et
usque ad ipsius tempora, et ^{Face} ~~Stocae~~ imperatoris
Constantinopolitana ecclesia prima erat. [Tunc currebant
anni domini VI^e nonaginta tres.] Sedit ann. XVII,
mens. VII., dies VIII.

De Bono archiepiscopo XXXIII.

Bonus XXXIII. Iste bonus nomine et operibus fuit.
[Obiit die VII^a Kal. Septembris.] Sepultus est in basilica
B. Apollinaris martyris in Classe

De Mauro archiepiscopo XXXV.

Maurus XXXV., qui excommunicavit papam. Iste
tempore Constantini imperatoris liberavit ecclesiam
suam de iugo Romanorum servitutis. [Maurus fuit
circa annos domini VI^e LXVIII.] Hic sedit annis
XXVIII., mens. X., diebus XVIII. Sepultus est in
ardica Beati Apollinaris.

De Reparato archiepiscopo XXXVI.

Reparatus XXXVI., senior fectate. Iste non sub Romana
se subjugavit sede. Sublevavit in paupertate sacer-
dotes. Mortuus est igitur III^a Kal. Augusti, et se-
pultus in ecclesia Beati Apollinaris. Sedit ann. V.,
mens. VIII.

De Theodoro archiepiscopo XXXVII.

Theodorus XXXVII. Iste juvenis fectate, terribilis forma,
horridus aspectu, et omni fallacia plenus. Obiit

q/ in mag. cad. manu repul.

b/ in eandem

q/ sacerdotis

d/ III - sepultus in locuro

e/ in - VIII. in mag. repul.

q/ XVIII

b/ Obiit - xvi

q/ Obiit -

d/ in mag

q/ prius -

f/ spiritum